



Bibliographia geographica

PALAESTINAE

ab anno CCCXXXIII. usque ad annum M.

Auctore

Tito Tobler.

Ex Petzholdti Annalibus „Neuer Anzeiger f. Bibliographie u. Bibliothekwissenschaft.“ 1875. Fasc. 6, 7, 8 et 9 separatim edita.

Dresdae,
Libraria G. Schoenfeldia.
1875.

Illustris Academia inscriptionum Parisiensis, ut voluntati bibliographi Brunet satisfaceret, anno 1871 in certamen admisit opera sive manuscripta sive ab anno 1871 usque ad finem anni 1873 impressa, nimirum quoque monographiam bibliographicam de geographia Terræ Sanctæ a sæculo IV. in hodiernum.

Quoniam jam diu huic doctrinæ bibliographicae operam navabam, mihi consultum videbatur, non solum opusculum manuscriptum: Bibliographia geographica Palæstinæ ab anno CCCXXXIII. usque ad M. nec non Descriptiones Terræ Sanctæ ex sæculo VIII., IX., XII. et XV. novissime a me editas Academiæ transmittere, sed etiam Bibliographiam meam 1867 typis excusam, licet a certamine exclusam, quam illa nec repetitam a me remisit, nec mihi quidem verbis respondit. Quod librum non restituit, quodammodo mihi consolatio est; nam inde concludam, ipsum non nullius pretii esse. Secundum sententiam academicorum opus manuscriptum cujusdam Cat: Essai bibliographique sur la Terre Sainte, molimina mea superavit.

Interim nolo, ut manuscriptum, illa parte Bibliographiæ jam typis vulgata lucidius longeque completius, in scriniis Academiæ lateat, sed volo, ut, passim mutatis verbis, raro additis novis, in lucem prodeat.

Ut primum opus præmio ornatum publici juris factum fuerit, et aliis de laboribus utriusque nostrum judicium patebit.

CCCXXXIII. Itinerarium a Burdigala Hierusalem usque.

1. manuscripta.

a. C. membran. in bibliotheca capituli civitatis Veronensis, 8⁰., s. VIII., 52, p. 226—238. Jam a. 1853 in opere: Topogr. v. Jerusalem, 1, XIII, hujus libri manuscripti mentionem feci. Detlefsen, qui eum penna sua fideliter sibi acquisivit, dicit, duo folia deesse, ita ut Cæsarea Terracinaque non reperiantur. Quamquam plura negligenter sunt scripta, tamen Veronensis ceteris codd. præferendus est.

b. C. membran. in bibliotheca veteris abbatiæ Sangall., 732, 4⁰., a. 811 scriptus, p. 104—114. Antecedit lex Alamannorum et sequitur assumtio b. Virg. Mariæ. Res aliter dispositæ sunt in hoc codice atque in duobus ceteris. Ms. quidem non est magni pretii; tamen commentatori aliquod auxilium fert.

c. C. membran. Pithœanus in bibliotheca Parisiensi sic dicta nationali (olim regia), 4808, f⁰., s. x., non eleganter, sed accurate scriptus, Sangallensi superior.

Parthey et Pinder scribunt (XXXIV), duo exemplaria, in Montefalconii Bibliotheca bibliothecarum, t. 1. p. 81, 93, recensita, in Vaticana bibliotheca ab H. Brunn reperta non esse. Secundum eosdem auctores (XV, XVII, XXIV) asservatur Aureliæ quoque ad Ligerim Pithœani apographum chartac., 265, 8⁰., s. XVI. vel XVII., valde decurtatum.

2. edita.

a. 1589. Itinerarium | a Burdigala | Hiervsalem vsq. | & ab Heraclea per Aulonam & per | vrbem Romam | Mediolanum vsque, | Ante annos mille & ducentos sim- | plici sermone scriptum, ex | antiquissimo exemplari | nunc primum editum | CIↃIↃLXXXVIIII. Finitur: hoc et Gallice, Hoc et Hebraice dicitur. 12⁰. S. l. Folia 18, a secundo numeris signata. — Liber rarissimus est; probabiliter nonnisi pauca exemplaria prodierunt. Unum Lugduno Batavorum mihi missum, alterum Romæ, tertium Parisiis in bibliotheca comitis de l'Escalopier Ambiani nunc asservatum vidi, non autem Bernense. Cfr. docti Walkenaer tractatum de hoc itinere in t. 1. operis: Histoire des Croisades auctore Michaud, p. 488 — 508; sed impressio perperam anno 1588 adscribitur, nisi forte error typographicus irrepsit. Videatur quoque Leonis de Laborde Commentaire

Géographique sur l'Éxode et les Nombres. Paris et Leipz. 1841. P. XI, nota 5. Primam editionem curavit Petrus Pithœus, auctor præfatiunculæ, ex qua cognoscimus (p. 138), Patissonii cura et studio Hierosolymitanum Itinerario Antonini Augusti esse adjunctum. Scottus Tarraconæ in præfatione sua Abr. Ortelio scribit (*3), a Pithœo in membranis repertum esse.

b. 1600. Itinerarium Antonini Avgvsti, Et Burdigalense. Quorum hoc nunc primum est editum: Illud ad diuersos manusc. codices et impressos comparatum, emendatum. Colon. Agr. 1600. 8°. P. 135: Itinerarium a Burdigala Hiervsalem usque, et ab Heraclea per Aulonam, & per vrbem Romam, Mediolanum usque. Ante a. 1200 simplici sermone scriptum, ex antiquissimo exemplari nunc primum editum. P. 139: Sic Ciuitas Burdigala; finis p. 160: Explicit Itinerarium. Ex cod. V. C. de verbis gallicis .. Dan iudicem, Hoc & Gallice, hoc & Hebraice dicitur. Verba „nunc primum" sunt eadem, quæ in editione principe habes. Editor est And. Schottus, qui Pithœi præfatiunculam denuo imprimendam curavit (p. 136—138). Certum est, editionem primam (1589) ei haud innotuisse, cum dicat, itinerarium Burdigalense a. 1600 primum esse editum. Hanc editionem conferens cum principe vix ullum errorem aut, si mavis, lectionem variam reperi, excepta illa in cap. 5. editionis meæ, ubi pro septima (scil. die) legitur „prima". Pariter hic liber Schotti extremæ est raritatis.

c. 1619. Itinerarium a Burdigala Hiervsalem vsque, et ab Heraclea per Avlonam, et per vrbem Romam Mediolanum usque, in S. Bertii Theatro geographiæ veteris, t. posteriore, in quo Itinerarium Antonini Imperatoris terrestre et maritimum provinciarvm romanarvm Libellvs, Civitates provinciarvm gallicarvm, Itinerarivm a Bvrdigala Hierosolymam vsque, Tabula Peutingeriana . . Amstelædami 1619. F°. P. 39—46. Hæc editio non propriis studiis nititur, sed, sine præfatiuncula Pithœi, ad fidem alterutrius præcedentis excusa est, si aliquot exigua errata excipias.

d. 1735. Vetera Romanorum Itineraria, sive Antonini Augusti Itinerarium, cum integris Jos. Simleri, Hier. Suritæ, et And. Schotti notis. Itinerarium hierosolymitanum; Hieroclis Grammatici Synecdemus. Curante Petro Wesselingio, Qui et suas addidit adnotationes. Amstelædami 1735. 4°. P. 535—617: Itinerarium a Burdigala Hierusalem usque, & ab Heraclea per Aulonam & per urbem Romam, Mediolanum usque. Ante a. 1300 simplici sermone scriptum, ex antiquissimo P. Pithœi exemplari editum cum P. Wesselingii animadversionibus. Hæc editio est prima critica summeque existimanda, quamvis textus compluribus locis mendosus sit. Commentarius non offert, quod hodie requiritur, quoniam multæ notitiæ geographicæ et historicæ ei non in promptu erant, nec ipse in Palæstina testis oculatus fuit, et, ne plura, unico codice eoque jam

impresso usus est. Passim quidem c. manuscripti mentionem fecit, haud dubie illius, ex quo Vossius aliqua excerpsit, et qui, quousque contuli, cum locis mendosis manuscripti a Parthey et Pinder memorati concinit. Hi viri opinantur (XXXIV), excerpta Vossiana ex apographo codicis Pithœani fluxisse.

e. 1811. Itinerarium a Burdigala Hierusalem usque, et ab Heraclea per Aulonam, et per urbem Romam Mediolanum usque; ante a. 1300 simplici sermone scriptum, ex antiquissimo P. Pithœi exemplari editum, cum P. Wesselingii animadversionibus, in libro vicecomitis F. A. de Chateaubriand: Itinéraire de Paris à Jérusalem. Paris 1811. 8°. T. 3. p. 223—257. In titulo bis peccatur: nam annos 1300 Wesselingii, qui 1200 Schotti jure correxit, novo editori simpliciter exscribere non licuit; præterea additamentum „cum animadversionibus Wesselingii“ lectorem in errorem inducit, ipsas receptas esse, cum constet, tantum tres parvulas notas asterisco insignitas esse additas. Hoc considerato vix notetur necesse est, vicecomitem editionem textus Wesselingianam ad verbum repetiisse.

f. 1844. Anno Domini 333. Anonymi Itinerarium A Burdigala Hierusalem usque et ab Heraclea per Aulonam et per urbem Romam ante a. 1300 simplici sermone scriptum ex antiquissimo codice P. Pithœi editum, in J. P. Mignei Patrologiæ cursu completo. Parisiis 1844. 8°. Col. 784—794. Nihil aliud est nisi editio nova Wesselingiana, tribus parvulis notis insertis, at sine animadversionibus, ut errores typographicos taceam.

g. 1845. Itinerarium a Burdigala Hierusalem usque, et ab Heraclea per Aulonam, et per urbem Romam Mediolanum usque, in collectione comitis Fortia d'Urban: Recueil des Itinéraires anciens . . Avec dix cartes dressées par le colonel Lapie. Paris 1845. 4°. P. 171—194. Comes ille vel potius E. Miller, qui editor est, dicit (p. 171), itinerarium manuscriptum solummodo in bibliotheca regia (nunc nationali) Parisiensi, 4808, inveniri, testaturque, se illud contulisse cum editione Wesselingii et errores sat magnos reperisse. Variæ lectiones, quas annexuit, sunt parvi momenti. Volumen tabularum geographicarum jam 1834 a Lapie editum erat, cujus dilucidationi non semper fidendum est.

h. 1848. Itinerarivm Antonini Avgvsti et hierosolymitanvm ex libris manv scriptis edidervnt G. Parthey et M. Pinder. Berolini 1848. 8°. P. 261—290: Itinerarium a Burdigala Hierusalem usque et ab Heraclea per Aulonam et per urbem Romam Mediolanum usque. — Editores Wesselingium secuti sunt, ubique tamen varias lectiones ex c. Parisiensi 4808 aut Colberti 2565, olim P. Pithœi, qui nomen suum folio primo inscripsit, addentes (XIII). Parthey et Pinder non intenderunt animum ad nomina propria melius scribenda; neque abhorrebant a gradi pro gradus, ab hæc

fons. Hæc editio judici severo non videbitur digna epitheto criticæ. Index, alias optime elaboratus, haud satisfacit, quia nimis dependet a Lapie, qui, ut, dixi, non omne tulit punctum. Ab a. 1589 usque ad a. 1848 textus parum emendatus est.

i. 1864. Itinerarium a Bordegala Hierusalem usque et ab Heraclea per Aulonam et per urbem Romam Mediolanum usque. Ex apographo D. Detlefsen excusum sub titulo: Itinéraire de Bordeaux à Jérusalem d'après un manuscrit de la bibliothèque du chapitre de Vérone. Suivi d'une description des lieux saints tirée d'un manuscrit de la bibliothèque impériale (Parisiis), in ephemeridibus: Revue archéologique ou Recueil de Documents et de Mémoires . . de l'antiquite et du moyen âge. Nouvelle série. Paris, août 1864. 8⁰. T. 10. p. 99—108. Cum annotatione prævia Anatolii de Barthélemy.

k. 1869. Itinerarium Burdigala Hierusalem usque, in libro: Palæstinæ descriptiones ex sæc. IV., V. et VI. Nach druck- und handschriften mit bemerkungen herausgegeben von Titus Tobler. S. Gallen 1869. 8⁰. P. 1—9. Non solum variæ editiones mihi præsto fuerunt, sed etiam manuscriptum Sangallense hucusque vix cognitum. Commentarium quoque scripsi (43—58) atque notas adjeci (59—83), quemadmodum litterarum conditio his temporibus nostris desiderat. Ad Palæstinam autem duntaxat respiciens, non integrum textum typis excudendum curare volui, sed eas tantum partes, quæ ad hanc terram pertinent. Nequaquam opinioni adhæreo, studiis meis omnia absoluta esse; potius spero, fore, ut postea codices nondum lecti textum satius complentes illustrantesque reperiantur.

Dissertationem ampliorem de Itinerario, cum versione Gallica plurium locorum, scripsit Mart. Delpit in opere: Les anciens Pélerinages, p. 55 sqq. Vide Arculfum, edita d.

Itinerarium hoc hierosolymitanum præcipue ob vetustatem est profecto grave, et historiam locorum sacræ scripturæ dilucidans eo carere non potest.

CCCXXXIII—CCCXC. Eusebii (episcopi) Caesariensis et Hieronymi Stridonensis Onomasticon.

1. manuscripta.

a. C. Vaticanus 1456, s. IX., eximius.

b. C. Parisiensis, a quo Oxoniensis exscriptus est.

c. C. Leidensis.

Non plures codices Græcos citat Vallarsius; at interpretationum Hieronymi non exiguus est numerus. V. Larsow et Parthey XV.

2. edita.

a. 1631. Onomasticon urbium et locorum Sacræ Scripturæ: seu liber de Locis hebraicis, Græcè primùm ab Eusebio Cæsariensi,

Deinde Latinè Scriptus ab Hieronymo, In commodiorem verò ordinem redactus, variis additamentis auctus, notisque et Tabulâ Geographicâ Judææ illustratus, Operâ Jacobi Bonfrerii. Paris. 1631. F⁰. Ibid. 1659. Amstelædami 1707, 1711, 1717. In editione 1707, p. 2: *Εὐσεβίου περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ*, cum interpretatione latina Hieronymi. Editionem ex officina Francisci Halma recensuit et animadversionibus auxit Joannes Clericus. Si tibi placet, onomastico a Bonfrerio edito accedit tamquam appendix Geographia Sacra auctore Sansone. Amstelædami 1704. In editione Bonfrerii columnæ hoc modo dispositæ sunt: una continet interpretationem Hieronymi, media textum Eusebii et tertia aliam versionem latinam ad verbum factam.

b. 1699. Incipit liber de situ et nominibus locorum hebraicorum. Euseb. græce, Hier. lat. In S. Eusebii Hieronymi Operibus. Studio et labore Joannis Martianay. Paris. 1699. F⁰. T. 2. Col. 385—494. Tunc sequuntur: Nomina ac distantia locorum, quæ ad sacram geographiam pertinent. Nomina secundum ordinem Librorum Sacrorum veteris novique testamenti sunt disposita, nec quævis littera, ut apud Bonfrerium, totum opus comprehendit, quæ digestio, quoniam plura alphabeta, tanta scil., quanta isti libri admittunt, habes, certo incommodissima est. Eadem ratio procedendi occurrit in c. membranaceo veteris abbatiæ Sagallensis 133 (v. ed. meam Antonini Martyris p. 68 sq.), item ibidem in c. membranaceo 130, s. X.: Incipit prologus locorum et nominum. Explicit liber nominum ebraicorum feliciter, ubi tamen græca desunt. Larsow et Pinder scribunt (XIII): Martianæus in edendis Eusebii græcis c. Parisinum, quo usus jam erat Bonfrerius, cum editione diligentius contulit, variaque Bonfrerii ac typothetæ peccata emendavit; ad edendam Hieronymi versionem multis codd. fuit instructus, quorum ope non pauca apud Hieronymum sunt restituta.

c. 1735. Sancti Eusebii Hieronymi Stridonensis Presbyteri Operum t. 3. Studio ac labore Dominici Vallarsii . . opem ferentibus aliis . . Literatis. Veronæ 1735. F⁰. Col. 123—290, et quidem in alia parte ejusdem paginæ Eusebii Pamphili . . latinum de nominibus locorum Divæ Scripturæ interprete Hieronymo et in alia parte græcum *Περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ*. Vallarsius c. Vaticano usus est et pluribus locis textum emendavit. Alphabetum latinum consulto selegit, ideoque Ὦν inter N et P positum est; sed singula littera alphabeti ad quemque librum sacræ scripturæ limitatur; nam, e. c. Ararat locum Aggai, Astaroth Adamam anteit. Quoniam auctor aut editor indicem alphabeticum omnia nomina comprehendentem subjungere neglexit, ea cito reperire paulum difficile est. In editione Vallarsii duo sunt adhuc memoranda. Col. 293—300 habes Excerpta ex Hieronymi libris de aliquot Palæstinæ locis, præterea col. 719 sqq. „Appendix altera tomi 3. operum S. Hieronymi

complectens aliquot opuscula ipsi falso tum in editis, cum in ms. libris adtributa" aliqua onomastica sive geographica continet.

d. 1746. Editio J. Bonfrerii, quod sciam, immutata denuo in lucem prodiit in Blasii Ugolini Thesauro antiquitat. sacrar., vol. 5. col. 390 sqq. Huic editioni, præter Jacobi Bonfrerii annotationes in Promissæ terræ chorographicam tabulam, adjectum est Jacobi Rhendorfii periculum criticum in loca depravata Eusebii Cæsariensis et Hieronymi, de Situ et Nominibus Locorum Hebraicorum. Rhendorfii periculum non vilipendendum est.

e. 1862. Eusebii Pamphili E. Cæsariensis Onomasticon urbium et locorum Sacræ Scripturæ. Græce cum latina Hieronymi interpretatione ediderunt F. Larsow et G. Parthey. Accedit tabula geographica. Berolini 1862. 8⁰. Editores textum Vallarsii e c. Leidensi hic illic refictum atque restitutum litteris mandaverunt, sed, ut fatentur, in edenda interpretatione codd. novos explorare omiserunt (XV). In ordine alphabetico græcum prætulerunt, ita ut Chorazain, Oronaim post S sub X *(Χωραζείν)*, *Ω (Ὡρονιαείμ)* quærenda sint. Index et græcus et latinus, omnia complectens, diligenter conscriptus, lectori non parum placet.

f. 1870. Onomastica. Paulus de Lagarde edidit. Gottingæ 1870. 8⁰. Tractatum de nominibus Hebræis sequitur p. 82—159 Hieronymi de situ et nominibus locorum hebraicorum liber, deinde p. 207—304: *Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου . . περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων τῶν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ.* In Hieronymi Onomastico ordo alphabeti latini observatur, nec tamen omnia biblia amplectens, sed in quoque libro, exempli gratia in Genesi, Deuteronomio, novus incipit. Sic in Eusebii quoque Onomastico res sese habet, dum nonnisi alphabetum græcum hic dominatur, ita ut *ο (ω)* in parte postrema obveniat. Tum ejusmodi ordo, tum separatio textus utriusque adeo in longinquum usum reddit difficiliorem; at huic disjunctioni, ut ita dicere liceat, medetur quodammodo index latinus et græcus plenus maximaque diligentia perfectus. Editio Gottingensis duntaxat est recensio textus, at accuratissime castigati. Disquisitiones geographicæ omissæ sunt. Cur editionis novæ Berolinensis non mentio facta est ab auctore, qui in nota textum græcum præcedente M. H. Hohlenberg memorat (161)? Dicit enim: Onomasticum hoc primum e codice Coisliniano primo publici juris fecit Havniæ a. 1836 M. H. Hohlenberg, qui libro suo: Fragmentum libri nominum hebraicorum antiquissimum, titulum imposuit, et magna diligentia locos biblicos ab auctore citatos indicavit.

Opus geographicum sane utilissimum, viris doctis summe necessarium. Ad ipsum semper redeunt, si geographiæ connectere volunt historiam. Qui interpretationem Hieronymi vituperat, concedat necesse est, ipsum pluribus locis Eusebii textum ampliavisse.

CCCCIV. Sanctæ Paulæ peregrinatio auctore sancto Hieronymo.

Edita.

Continetur in opusculo meo: Palæstinæ descriptiones ex s. IV., V. et VI. Vide supra Itinerarium hierosolymitanum, edita k. Parum emendare potui, quia nihil inediti prae manu mea fuit. Quæ non ad peregrinationem spectant, abscidi, cetera commentario illustravi. Alibi nota est peregrinatio sub titulo: Epitaphium s. Paulæ, atque in epistolis Hieronymi invenitur. Editor Actorum sanctorum in magna collectione Bollandina scribit (januari 26., t. 2. p. 711b): Exsitit hæc epistola in Vitis patrum in omnibus prorsus exemplaribus .. Heribertus Rosweydus suis eamdem isthic notationibus illustravit, usus exemplaribus mss. crispiniensi, aquicinetino, lætiensi, benedictinorum, camberonensi, cisterciensium; bruxellensi, carthusianorum; ruremuntano, S. J., et antverpiensi, nunc S. J. Ediderunt eam .. Surius, Ribateneira, Marchantius .., Hæræus, Lippelous, Doubletius, Gazæus, Silvanus, Razzius, Villegas, Fabricius, Petrus de Natalibus .. sed in epitomen contractam. Ne omnes sicco pede prætereram editiones, saltem aliquot in medium proferam.

a. 1497. De vita, obitu et conversatione Paulæ, in Epistolarvm s. Hieronymi p. 3. Basileæ, N. Kesler, 1497. F°. Tract. 13. Aaiij— Aaiiiij. Vide Bibliogr. geogr. Palæst. 7.

b. 1524. Epistolarvm opus divi Hieronymi in tres tomos distinctvm vna cum scholiis Des. Erasmi Roterodami postremum per eundem non vulgari cura recognitum, correctum ac locupletatum. Basileæ 1543. F°. P. 177 sqq. In dedicatione a. 1524 scripta asseritur, hanc nostram esse secundam editionem. Scholia, ut præsumere licet, limites quondam arctiores scientiarum non egrediuntur ideoque non adeo utilia putantur.

c. 1643. Vita s. Paulæ auctore s. Hieronymo, in Bollandi Actis sanctor. l. c. 711 sqq. Pariter critica est hæc editio. Tunc jamjam pluribus libris et impressis et manuscriptis non paucis collatis textus satis emendatus apparet. Annotationes in hac editione generatim rei lumen afferunt, parum vero rebus geographicis. Textum distinxit editor in 10 capita inscriptionibus instructa, uti: Iter maritimum in Syriam, inde terrestre Hierosolymam, Iter in Bethlehem et ad mare Mortuum, Iter ad Jordanem, in Galilæam et Samariam, Iter in Agyptum.

d. 1706. Epistola 86. in S. Eusebii Operibus. Studio Joannis Martianay. Paris. 1706. F°. T. 4. p. 669 sqq. Etiam hic editor textum, annotationum quidem expertem, dividit in capita.

e. 1734. Epistola 108. in S. Hieronymi Operibus. Studio ac labore Dominici Vallarsii. Venetiis 1734. F°. Editio altera. Ab ipso Veronensi Editore posterioribus curis aucta. T. 1. p. 2. col. 693—705. Pars epistolæ de peregrinatione tractans in

9 capita digeritur, textumque notæ comitantur; etiam ex fontibus ad tempus usque suum non detectis editor hausit. Editio Vallarsii priores eminet; neque autem celandum est, Bollandistam viam ei jam stravisse.

f. 1833. S. Hieronymi selectæ epistolæ ad editionem Vallarsii exactæ adjectis notulis. Mediolani 1833. Minore 8°. P. 259 sqq., peregrinatio 262 — 272. In hac editione 7 lectiones a textu Vallarsii dissentiunt; animadversiones desunt; interpunctio est multo melior.

Hæc opera Hieronymi etiam symbolam ad geographiam biblicam contribuit.

Minime superflua est admonitio, loca sancta Paulam quoque et Eustochium in epistola ad Marcellam indicavisse. Excerptum habes in Palæst. descriptionibus a me editis, p. 90 sqq., translationem in linguam Gallicam apud Delpit, les anciens Pélerinages p. 115 sqq.

C. CCCCXL. S. Eucherii epitome de aliquibus locis sanctis.

Edita.

a. 1657. Epistola Eucherii Episcopi ad Faustinum Episcopum, in Nova bibliotheca Manuscriptorum Librorum. Opera ac studio Philippi Labbe. Paris. 1657. F°. T. 1. p. 665 – 667. Epitome ex Bedæ de Tabernaculo codice a Jacobo Sirmundo descripta est. Epistola sive prolegomenon ita sonat: „Faustino, presbytero insulano, Eucherius episcopus. Hierosolymitanæ urbis situm atque ipsius Judææ, ut mihi relatione cognitus est vel lectione compertus, breviter amplexus sum, brevique ipsum præfatione indicans, quia opusculo non diffuso nequaquam esse diffusam præfationem decet. Vale in Christo, decus meum et præsidium meum."

b. 1747. Epistola Eucherii Episcopi ad Faustinum presbyterum, in B. Ugolini Thesauro antiquitat. sacrar. Venetiis 1747. Vol. 7. col. 1201 — 1206. Impressio mendosa; fons non indicatus. Editor addit: Cetera videntur desiderari.

c. 1869. Sancti Eucherii epitome de aliquibus locis sanctis in Palæst. descript., textus p. 27 — 30, notationes 106 — 112. Ex opere Philippi Labbe depromsi. Non autem omnem epitomen imprimendam curavi, sed abstuli ea, quae ad verbum aliis auctoribus, Flavio Josepho scilicet (Bell. l. 2. c. 3) et s. Hieronymo (Epistola ad Dardanum de terra Promissionis, ed. Vallars. 1766. T. 1. p. 2. pag. 971 sq.) debet Eucherius.

Hanc epistolam spuriam esse contendunt. Cfr. C. Tr. Schœnemanni Bibliothecam historico-literariam patrum Latinorum. Lipsiæ 1794. 8. T. 1 p. 775. Nec non aliorum patrum Latinorum opera diversasque editiones scriptor Germanicus perlustrat. Sive sit genuina, sive non sit Eucherii epistola ad Faustinum, certe descriptio iis

est congrua, quae in ævo episcopi Lugdunensis tradita sunt. Textus impressus est depravatus. Spero, aliqua obscura studio meo nunc lucida esse.

Descriptiuncula minime pluris est facienda; vetustas præsertim attentionem meretur.

C. DXXX. Theodosii archidiaconi liber de situ Terrae Sanctæ.

1. manuscripta.

a. C. membran. veteris abbatiæ Sangallensis, 732, a. 811 conscriptus, min. 8°, p. 98—104, 114 sq. Hoc ms. sphalmatibus nimis plenum est, ne dicam, lacunis laborare; tamen aliqua usui arrident. Vide Palæst. descript. 123.

b. C. membran. bibliothecæ Vaticanæ, 6018, s. IX. inc. In n. D. D. s. inc. expositio civitatis Hierusalem vel rebus eius dicta Theodosii archidiaconi de partibus orientalis per terminium. Civitas Hierusalem habet porte maiores numero sex, et porterulas — — salvantur. Hæc est mensura vel sapientia de partibus orientalis. Explicit. Vide G. H. Pertz, Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde. T. 12. p. 255.

c. C. membran. Parisiensis regius sive Pithœi, 4808. Vide supra Itinerar. hierosolym., manuscripta c. Hic codex, inordinatus quidem, plus complectitur quam Sangallensis, quem et stylo puriore non parum superat. Copiam manuscripti Anatolio de Barthélemy debemus, ut mox certiores fimus.

d. C. membran. Londinensis, in museo Britannico, bibliotheca Cottoniana, Titus. D. III signatus, min. 8°, p. 68 sqq. Textus adeo mendosus et confusus est, ut pauca solummodo perlegerim et descripserim. E litteris a Mac Gregor missis et ex tractatu ejus in diario: Notes and Queries, 4. series, vol. 7, die 11. martii 1871 edito habeo compertum, majoris pretii esse quam primum putavi, et omnem descriptionem typis vulgari opto.

e. C. chartac. in bibliotheca universitatis Lovanii, 10, 4°, s. XVI. (Ex libro Gervasii marescalli de regno Arelatensi de ociis imperialibus ad Ottonem imperatorem) De situ terre sancte secundum Theodosium diaconum et via filiorum Israel. Civitas ergo Iherusalem habet portas VI extra posticia. A porta Beniamin ad Jordanem et ad Jerico debent esse XVIII miliaria. In hoc ms. Pipinus, rex Francorum, commemoratur; pro certo autem habeo, exscriptorem recentiorem intertexuisse historiolam, quam sequuntur verba: A Sebaste in Cenopolim (Scythopolim) miliaria XXX, et ibi passus est Basilius. Textus codicis nostri valde differt a tribus aliis, quibus usus sum. Quousque videre potui, codd. Londin. et Lovan. plus concordant. Vide Pertz, Archiv 8,481; at pleniora proveniunt a liberalitate bibliothecarii Reusens.

2. edita.

a. 1758. Fragmentum cod. Sangallensis, at nonnisi tres integras paginas, 98—101, edidit, nec sine erroribus apographicis, abbas Augustinus Calmet in suo Diario Helvetico. Einsidl. 1756. P. 68. Dicit editor, ex cd. antiquissimo quædam ob styli singularitatem se expromsisse, dum cetera, quæ sequuntur, eandem auctoris inscitiam anilemque credulitatem sapiunt.

b. 1864. Description des lieux saints, in ephemeridibus: Revue archéologique. Vide supra Itinerar. hierosolym., edita i. In iis p. 108—112 hæc descriptio illam a. 333 excipit, et p. 98 legimus: „C'est aussi à M. Anatole de Barthélemy que nous devons également une copie d'une description des lieux saints, qui après avoir appartenu à Pithou, arriva dans la bibliothèque de Colbert". Textus ab editore non recensitus est; tamen in præfatiuncula aliqua, a pleniore quidem arte critica aliena, de similitudine hujus descriptionis illiusque a Beda editæ dicuntur.

c. 1865. De situ terræ Sanctæ secundum Theod^{c} et de via filiorum Israel. Pars e c. Londinensi depromta cernitur in opusculo meo: Theoderici Libellus de locis sanctis (S. Galli 1865), p. 244—246. Tunc temporis jam Parisiis impressum esse mihi non cognitum fuit. Theod^{c} in c. Lond. perperam Theodorum legi.

d. 1869. Theodori liber de situ Terræ Sanctæ, in libello meo: Palæst. descript., textus 31—42, annotationes subsequentes 112—124, notæ 125—147. Omnia hucusque in lucem progressa contuli examinavique; quia vero distributio rerum tractatarum ratione quacunque caret, eas diremi et fragmenta in congruum ordinem redegi, maxime ut lecta facilius intelligantur. Haud silentio prætereo, singula non sine diligentia esse conservata nullaque deperdita. Quamvis descriptio in alio contextu paret, tamen auctor idem agnoscitur phrasibus iisdem.

Libellus vetus certo est aestimandus, quoniam in eo plura scitu digna offeruntur, quæ in aliis scriptis frustra quærimus. Vide meam Bibliogr. geogr. Palæst. 112.

C. DXL. Ἱεροκλέους Συνέκδημος.

Ἱεροκλέους Γραμματικοῦ Συνέκδημος cum versione latina in opere Wesselingii: Vetera Romanor. Itineraria, vide supra Itinerar. hierosolym., edita d. Synecdemus, p. 631—734, incipit: *Εἰσιν αἱ πασαι ἐπαρχιαι και πολεις αἱ ὑπο τον βασιλεα των Ρωμαιων τον ἐν Κωνσταντινουπολει ἐπαρχιαι ἑξηκοντα και τεσσαρες, πολεις ἐνναχοσιαι και τριακοντα πεντε,* cum magno apparatu variarum lectionum atque animadversionum.

Hieroclem edidit primum Carolus a Sancto Paulo in sua Geographia sacra a. 1641, dein 1697 Schelstrate in Antiquitatibus eccles., 1841 (Bonnæ) J. Bekker ad calcem Constantini Porphyri,

1845 comes Fortia d'Urban in suo Recueil des Itinéraires (vide suprá Itinerar. hierosol., edita g.), verbis editionis Wesselingianæ immutatis, sed illustrationibus cartographi Lapie interpretationi atinæ additis, 1847 Theophilus Tafel (Synecdemus magis genuinus Bonnæ impressus, ut sibi persuasit) in libro Constantini Porphyri de provinciis regni Byzantini, et 1868 (Berolini) Gustavus Parthey Hieroclis Synecdemvm et notitias græcas episcopatvvm recensuit.

Pauca notabis, quæ ad geographiam Palæstinæ faciunt.

C. DLXX. *Antoninus Martyr de locis sanctis.*

1. manuscripta.

a. C. membran. in bibliotheca veteris abbatiæ Sangallensis, 133, min. 8⁰., s. IX., p. 602 sqq. Incipit: „Precedente beato Antonino Martyre." Ms., valde mendosum, sine subsidio aliorum codd. parum proficeret, neque aliquis id edere ausus esset. Attamen frustula auri coruscant, quibus super ceteros excellit codices.

b. Fuit in conventu Rhenaviæ, 75, Itinerarium dictum Antonini, s. IX. Vide A. Calmet op. c. 123. Archivarius P. Basilius dixit: Itinerarium hoc, uti barbarismis sic et fabellis abundans, fortuito et præter omnem spem reperi . . apud Bollandistas . . Fatendum tamen est, nostrum ms., ut cum Bollandiana editione in substantia conveniat, in littera et ordine hincinde ab ea discrepare. Vide et G. W. Zapf Reisen in einige Klöster Schwabens, durch den Schwarzwald und in die Schweiz im J. 1781. Erlangen 1781. P. 152. Nescio, ubinam hic codex sit. Ne quære in Carlsruhe.

c. C. membran. in bibliotheca civitatis Bernensis, 582, 8⁰., s. IX. sive X. Incipit: „Procedente Beato Antonino Martyre." Codex accuratius scriptus est; recensioni tamen parum suppeditat. Insuper, secundum editionem meam, deficiunt cap. V., VI., VII. et VIII., nec non finis, i. e. cap. XLVII et XLVIII; in cap. XLVI. ultimum vocabulum est Epiphaniam.

d. C. membran. in bibliotheca publica Bruxellensi, 2922, min. 4⁰., s. IX. Incipit: „De locis sanctis, quos perambulavit B. Antoninus Martyr. Procedente." Hoc ms. parvi est valoris.

e. Cod. in bibliotheca nationali Parisiensi, fundi latini 12,277, min. f⁰.: De locis sanctis, quos perambulavit Antoninus Martyr. Fol. 44 (—52): Procedente beato Antonino Martyre. Delpit scribit (l. c. 176): Voyez à la Bibl. . . n⁰ 12,277, . . ayant appartenu autrefois à Saint-Germain-des-Prés; n⁰ 2335 fol. 21, verso à 26 recto, écriture du XIIe siècle. Le vol. est intitulé Varia et provient de la bibl. de Colbert; n⁰ 4226, écrit. du XVe siècle. Cfr. Michaud, Histoire des Croisades, t. 1. p. 518.

f. C. membran. in bibliotheca Vaticana, 636 A, F⁰. s. XI. Incipit p. 99: „Relatio B. Antonini Martyris de locis transmarinis sacris." Codex satis correcte scriptus, minoris tamen pretii.

g. Vide hic e, 2335.

h. C. membran. in bibliotheca aulica Vindobonensi, 2432, 4⁰., s. XII—XIII. Initio legis: „Incipit Itinerarium Antonini Martyris. Precedente beato Antonino Martyre.“ Codex pulcherrime scriptus, sed decurtatus est. Jam eam ob causam certe non primum occupat locum.

i. C. membran. veteris ecclesiæ Sanctorum Sergii et Bacchi ad muros Andegavienses. Vide infra edita a.

k. C. membran. veteris abbatiæ Caduini, parvo f⁰., s. XIII., ms. ultimis annis detectus. Septimi tractatus initium ita sonat: Incipit Iter Beati Antonini de locis sanctis. Vide M. Delpit, les Pélerinages I et 363, 374. Hic editor Arculfi inquit, textum abbreviatum forsitan antiquitatem magis redolere, omnia miracula deficere, et scriptorem, ut peregrinus Memphi advenit (c. XLIV. ed. meæ), enarrationi finem fecisse.

l. Vide hic e, 4226.

m. C. membran. Berolinensis, lat. 32, 8⁰., s. XV. Legis fol. 32: „Incipit liber B. Antonini Martyris de locis sanctis, in quibus peregrinatus est.“ Procedente; fol. 47: „Explicit liber B. Antonini Martyris De locis sanctis.“ Codex abbreviatus est et alias minoris faciendus.

n. Fragmentum membran. in bibliotheca regia publica Monacensi, s. X., Docen. R d^{a}, 12⁰., novissime repertum sive recognitum. Nonnisi textum a c. XXXV. ed. meæ, nempe a vocabulo „Proficiscentes“ usque ad vocabulum „Exin“ c. XLIII., continet. Nonnulla concinniora sunt.

2. edita.

a. 1640. Itinerarivm B. Antonini Martyris de membranis veteribvs descriptvm. E mvsaeo Cl. Menardi. Cvm notationibvs aliqvot vocvm obscurarum. Ivliomagi Andivm. 1640. 4⁰. Varias lectiones Philippus Loyauté e bibliotheca Thuana impertivit. Hæc editio est aliquantulum impolita ac simul lacunosa; paucarum notationum paucis uti potui.

b. 1680. Itinerarium Antonini Placentini, in Bollandi Actis sanctor., maji t. 2. p. X sqq. Codicem Tornacensem ab Ignatio a S. Antonio exscriptum Bollandista imprimendum curavit, quod ea causa seriei codicum non inserui, quia censeo, non aliud esse nisi Bruxellense. Lectiones variæ e c. Vaticano in usum vocatæ sunt. Editio prolegomenis multisque notis ditata est. Uti principi, ita et huic non penitus fidi potest.

c. 1747. Editio eadem reperitur in Bl. Ugolini Thesauro antiquit. sacrar., t. 7. col. 1207—1224: Itinerarium Antonini Placentini (ex Ms. erutum per Ign. a S. Antonio), notæ 61 per col. 1207—1224, ad calcem col. 1207 prolegomenon.

d. 1849. Antonini Placentini Itinerarium, in plagiarii Migne Patrologiœ cursu completo, t. 72. col. 899—918, cum prologo

col. 898. Calcem columnarum obsident notæ. Hæc editio est, ut breviter dicam, repetitio e Bollandi Actis sanctorum.

e. 1863. De locis sanctis, quæ perambulavit Antoninus Martyr circa A. D. 570. Nach hand- und druckschriften mit bemerkungen herausgegeben von Titus Tobler. S. Gallen 1863. 8⁰. Textus p. 1—50, cetera 51—129. Ordo pro parte est aptior, textus multis locis emendatus. Non perspicio, aliquem, nisi litem criticam persequi velit, post hanc editionem amplius ad priores recurrere.

E relatione Antonini aliqua in linguam Gallicam vertit Ludovicus Lalanne in dissertatione: Des pélerinages en Terre Sainte avant les croisades, in Bibliothèque de l'école des Chartes. Paris 1845—46. 8⁰. T. 2. (2. Series) p. 4 sqq.

De Antonino Martyre optime disseruit Fr. Tuch in libello: Antoninus Martyr, seine Zeit und seine Pilgerfahrt nach dem Morgenlande. Leipz. 1864. 4⁰. pag. 49. Sed et M. Delpit de: Itinéraire d'Antonin de Plaisance scripsit, quod ut legatur meretur. Les Pèlerinages, cap. VI. p. 175 sqq.

Quamquam non est negandum, itinerarium nugis sive superstitionibus scatere, tamen tantum abest, ut Bollandistæ assentiam, iter solummodo esse fabulam, ut potius opinioni insistam, ob notitias nusquam repertas, utique posteritati gratas magni faciendum esse, nullus dubitans, quin peregrinatio revera peracta fuerit.

C. DCLXX. Arculfus de locis sanctis.

1. manuscripta.

a. Codex S. Germani de Pratis, s. VIII. Vide William Reeves, The Life of St. Columba. Dublin 1847. 8⁰. P. VIII.

b. C. membran. in bibliotheca civitatis Bernensis, 582, 4⁰., s. IX.: Primus liber sanctis de locis exorditur. Prefatio. Manuscriptum cum editione Mabillonis contuli variæque lectiones, aliquot majoris momenti, me non fugerunt. In exordio aliqua desiderantur.

c. C. membran. Bruxellensis, 2921, min. 4⁰., s. IX. Incipit p. 9: In nomine patris et filii et spiritus sancti eraxire. librum de locis incipio sanctis. Arculfus, sanctus episcopus. Codex ob stylum accuratiorem laudari non potest.

d. C. olim in conventu Rhenaviæ, 75, s. IX. Vide Antoninum Martyrem, manuscripta b, Calmet, Zapf et Reeves l. c.

e. C. Salisburgensis, s. IX. vel X. Vide Reeves l. c. At Salisburgi mecum communicatum est, nunc codicem ibi frustra quæri.

f. C. membran. Vaticanus, 636 A, f⁰., s. XI., p. 80 sqq.: Arculfus, sanctus episcopus, gente gallus. Vide Antoninum M., manuscripta f, qui sequitur Arculfum. Codex non est primae notæ.

g. C. Corbeiensis, quo Gretserus usus est, hodie, ut lego, 13048 fundi lat. bibliothecae nationalis Parisiensis. Ceterum hic auctor quoque manuscripti Bavarici mentionem fecit.

h. C. membran. veteris abbatiae Sangallensis, 320, min. 8^{0}., s. XII. Incipit p. 254: In nomine patris et filii et spiritus sancti texere librum. Incipit prefatio in librum de situ locorum sanctorum. De locis incipio sanctis. Arculfus, sanctus episcopus, gente gallus. Hoc manuscriptum multis locis contuli et mihi utile fuit.

i. C. membran. vetustus, pulcherrimus, sed valde mendosus aut lacunosus, in museo Britannico, bibl. Cotton. Tib. D. V. f^{0}.

k. C. membran. veteris abbatiae Caduini, s. XIII. Vide Antoninum M., manuscripta K. Nempe cum hoc in eodem volumine Arculfus continetur: In nomine patris et filii et spiritus sancti texere. librum de locis incipio sanctis. Arculfus, sanctus episcopus, gente gallus. Cfr. c. Bruxellensem c.

l. C. membran. Berolinensis, lat. 32, s. XV., f. 47—83: Incipit prologus Adamnani in libris sancti Arculfi, gallorum episcopi, de locis sanctis. Vide Antoninum M., manuscripta m. Codex nihil novi continere videtur.

m. Nescio, an melius foret, si tacerem, quod Gretser dicit in editione sua (1a): Codex, ex quo Adamannus evulgatur, ex Holandia in Bavariam nostram perlatus est beneficio Herberti Rosweidi ., qui .. sedulam operam dedit, ut Adamannus .. vinculis .. solutus exiret.

n. C. membran. historiae ecclesiasticae, 134 (v.), 4^{0}., in bibliotheca aulica Viennensi. Nonnisi usque ad montem Oliveti exstat ms. parum aestimandum.

Non dubito, quin aliis in bibliothecis exemplaria serventur. Cfr. J. Beckmann, Litteratur der ältern Reisebeschreibungen. Göttingen 1809. 2, 511.

In pluribus codicibus vides ichnographiam aliquarum ecclesiarum, sed, quod majoris est momenti, et ichnographiam urbis Hierosolymitanae in duobus codd. Monacensibus aut Arculfo, aut Bedae adscribendis.

α. C. membran., quondam Ratisbonensis, nunc Monacensis, 13002, maj. f^{0}., ex anno 1158. Fol. 4^{v} ichnographiam comitatur textus brevis, qui verbis: Josaphat torrentem Cedron augeat, terminatur. Post hoc legitur: Sed singula, que dixi, ut manifestius agnosceres, etiam pre oculis depingere curavi. — Facsimile, ut dicunt, edidi in Planographie von Jerusalem. Memoir zu dem nach den Ingenieurs Aldrich und Symonds, so wie nach Dr. Tobler von C. W. M. van de Velde neu konstruirten Grundrisse der Stadt Jerusalem und ihrer Umgebung. Mit 3 alten Plänen. Gotha 1857. 4^{0}. Eodem anno etiam versio Anglica cum ichnographia evulgata est.

β. C. membran., olim Schirensis, nunc Monacensis, 17403, maj. f^{0}. 5^{r} est copia codicis Ratisbonensis; urbs tamen versus occidentem multo latior cernitur. Textus itidem brevis aut potius brevissimus.

2. edita.

a. 1619. Adamanni Scotohiberni De sitv Terræ Sanctae et quorundam aliorum locorum, ut Alexandriae et Constantinopoleos, Libri tres. Ante a. 900, et amplius conscripti, Et nunc primum in lucem prolati, studio Jacobi Gretseri. Ingolstadii 1619. 4⁰.

b. 1672. Sancti Adamnani, abbatis Hiiensis, de Locis Sanctis ex relatione Arculfi, episcopi galli, libri tres, in Mabillonis Actis sanctor. ord. s. Benedicti, saec. III. P. 2., annotatio praevia p. 499—501, textus 501—522. Cum ichnographiis.

c. 1734. Est secunda editio librorum Arculfi sive Adamnani, in Jacobi Gretseri Operibus omnibus. Ratisbonae 1734. F⁰. T. 4. p. 239—279.

d. 1734. Adamnani abbatis Hiiensis libri tres De locis sanctis, ex relatione Arculfi secundum Mabillon in editione Veneta. Saec. III. P. 2. p. 436—472.

e. 1850. Sancti Adamnani, abbatis Hiiensis, de Locis Sanctis ex relatione Arculfi, episcopi galli, libri tres. Ex mss. codd. Vat. et Corb. et edit. Gretseri, apud Mabill. Act. SS. Ben. saec. III., in Migne Patrologiae cursu completo. Paris. 1850. 8⁰. Col. 779—814. Cum ichnographiis et pauculis variis lectionibus.

f. 1870. Adamnani, abbatis Hiiensis, libri III de locis sanctis ex relatione Arculphi, episcopi galli, in libro: Essai sur les anciens Pélerinages à Jérusalem suivi du texte du pèlerinage d'Arculphe. Paris 1870. 8⁰. Textus p. 305—361. Cum elegantioribus ichnographiis ecclesiarum. Editor, Martialis Delpit, sequitur Mabillonem; tamesti quoque subjunxit lectiones varias e ms. Corbeiensi, 13048 fundi latini in bibliotheca nationali Parisiensi, e ms. Caduini (vide supra manuscripta k), et alias, quas e c. Sangallensi et Bernensi editori misi; paucas adjecit notas. Quamvis non parum laetatur, manuscriptum Caduini recenter esse detectum, non tamen eum video illud in editione sua citantem in modum aliorum codicum. Vide quoque Delpiti perlustrationem itinerarii p. 233 sqq.

3. Versiones.

a. 1827. Reise des Bischofs Arculf aus Frankreich am Ende des 7. Jahrhunderts, apud Jäck, Taschen-Bibliothek der wichtigsten See- und Land-Reisen. Nürnberg 1827. 16⁰. 1. Theil, 1. Bändchen von Palästina, p. 13—17. Non proprie versio est, sed potius relatio brevis de itinere Arculfi, similis illi jam a. 1809 in Beckmanni ält. Reisebeschreibungen, 2, 514—517, impressae, at etiam breviori.

b. 1848. The Travels of Bishop Arculf in the Holy Land. Written from his dictation by Adamnan, abbot of Iona, in Thomae Wright Early Travels in Palestine. London 1848. 8⁰. P. 1—12. Absque capitibus et ichnographiis, sed cum paucis notis lectu dignis.

Versio, ad summam rei quidem et ad Palaestinam limitata, laudabilis est.

c. 1855. Arculphe, évêque français, in opere Eduardi Charton: Voyageurs anciens et modernes. Paris 1855. 8⁰. T. 2. p. 31—69. Haec versio omnes tres libros in capita divisos comprehendit additis ichnographiis ecclesiarum et animadversionibus permultis notatu dignis. Versio Gallica, Anglicâ melior, magnam diligentiam testatur.

Dubium non est, quin Arculfi relatio emineat. Haud raro, ut apparet, medio aevo lecta est, certe merito, etsi superstitionibus minime applaudere possimus. Saepe profecto auctores ad Arculfum aut integrum, aut breviatum refugerunt, immo his diebus ipsius dictatione usitamur, si historiam locorum sanctorum componere velimus. Ceterum ne obliviscamur, sine erudito Adamnano, quinto abbate monasterii Hiiensis (T. D. Hardy, Descriptive Catalogue of Materials relating to the History of Great Britain and Ireland. London 1862. 8⁰. T. 1. p. 389. Sub anno 705) enarrationem galli sive non ad nos pervenisse, sive imperfectiorem evasisse. Inter excerpentes cfr. Christ. Druthmarum in Joannem Evangelistam, in Mignei Cursu Patrolog. compl., t. 106. c. 1520, et c. membran. lat. Monacensem, 14066, s. XII,, f. 192. Vide etiam Beckmann l. c. 508 sqq.

C. DCCXX. Beda Venerabilis de locis sanctis.

1. manuscripta.

a. C. membran., olim Frisingensis, nunc Monacensis, 6389, 4⁰, s. IX., fol. 1—14ᵛ: Incipit libellus Bedae prespiteri de locis sanctis, quem de opusculis majorum composuit.

b. C. membran. Vaticanus, 636 A, F⁰. s. XI., ante Antoninum M. (vide hunc, manuscripta 1): Incipit Libellvs Bede Venerabilis de locis sanctis.

c. C. membran. in museo Britannico, bibliotheca Cottoniana, Faustina. B. I, p. 196: De libro Arculfi, episcopi Galliae, temporibus Bedæ presbyteri.

d. Codex in bibliotheca nationali Parisiensi, 12277, fol. 52: „Explicit libellus Bede presbiteri." Vide Antoninum M., manuscripta 1.

e. C. membran. Berolinensis, lat. 32, 8⁰., s. XV., fol. 83—98: Libellus Bedae presbyteri de locis sanctis, quem opusculis majorum abbreviando composuit. Postea inscriptiones viginti capitum subsequuntur. Fol. 88ᵛ habes ichnographiam ecclesiae in monte Sion.

f. Duo manuscripta, in bibliotheca Bodleiana unum et alterum in bibliotheca Oxoniensi C. C. C, Anglia asservat. Vide J. A. Giles, The complete Works of Bede. Vol. 4. p. VII.

g. Fragmentum membran. in codice Wirziburgensi, Mp. th. f. 74, s. IX., p. 94—95. Est cap. 8. et 9. in Bedae libello, ed. Colon. 1612.

h. Etiam Mediolani est Beda de locis sanctis.

2. edita.

a. 1563. Tertivs tomvs Opervm Venerabilis Bedae, Basileae 1563 excusum in f⁰., continet p. 487—498: De locis sanctis libellus, quem de opusculis majorum abbreviando Beda composuit.

b. 1612. Sancti Adamnani, abbatis Hiiensis, de locis sanctis libellus, ut supra in: Venerabilis Bedae opervm t. 3. Colon. Agripp. 1612. F⁰. 363—371. Editio Coloniensis anni 1688 est forte nihil aliud nisi mutatio tituli.

c. 1619. Vide Arculfum, edita a. Dein titulo Arculfi subjungitur: Accessit eorundem librorum (Arculfi) breviarium, seu compendium breviatore Venerabili presbytero. Iisdem paginis textui episcopi Galliae liber Bedae oppositus est. Gretserus jam 1616 Ingolstadii particulam praemisit in Operibus omnibus, 4. parte horti s. crucis, c. 30. col. 257—261, in qua occasione dicit, ipsam codice Bavarico se excerpsisse. Qua ratione discernes hunc codicem et Hollandia adlatum? Vide supra Arculfum, manuscripta m.

d. 1734. Alia est editio Gretseri in Operibus omnibus 1734 impressis, f⁰., t. 5. P. 2. p. 239—279, etiam cum ichnographiis, prolegomenis et notis. Commodissime in prima editione Gretserus, ut dixi, textum Bedae ad latus Arculfini locavit, ut omni facilitate utrumque conferre queamus. Paulum aliter res sese habet in editione posteriore, ita quidem, ut textus Bedae Arculfinum excipiens cum litteris cursivis, si ita dicere licet, alteri cum litteris antiquis intercaletur. Gretser textum Bedae libenter cum manuscripto contulisset et inde menda sustulisset, sed nullum locis suis reperire potuit.

e. Giles scribit in suis Works of Bede, vol. 4. p. VII., Smith hunc edidisse.

f. 1839. De libro Arculfi, episcopi Galliae, temporibus Bedae presbiteri. Edidit Franciscus Michel cum Bernardo antecedente in Publications de la Société de Géographie. Paris 1839. 4⁰. Recueil de la Société géographique, t. 4. p. 794—814. Ex c. nostro c impressum.

g. 1843. De locis sanctis libellus, quem de opusculis majorum abbreviando Beda composuit, in presbyteri J. A. Giles: The complete Works of Venerable Bede in the original latin, collated with the manuscrits, and various printed editions. London 1843. 8⁰. Vol. 4. p. 401—443. Prolegomenon VII sq.

Absque dubio descriptio Bedae etiam in aliis editionibus operum ejus continetur.

Liber hic de locis sanctis et ea, quae in Bedae Historia ecclesiastica Anglicana, p. 4. c. 16 sq., offeruntur, diligenter distinguenda sunt: ille Arculfi descriptionem praeter propter explet; haec e contrario sunt pauca et sine damno omitti possunt. Si vero ad genus scribendi respicis, differentia non exigua advertitur. Ut nihil dicam de abbreviatione insigni, Beda in libro suo, methodum socraticae

similem Adamnani deserens, jam ea de causa multa ejicere potuit, immo ennarrationem jucundiorem, quasi facundam reddidit. Quoad nova, recte observat Gretserus (ed. 1619, B 4[b]): Videbis, Bedam nonnulla, quamvis paucula Adamanno adjecisse. Cfr. Beckmann l. c. 511. Nihilo minus a veritate non declinat Beda, inquiens (in epilogo, ed. Basil. p. 498): Ex qua (historia Adamnani sive Arculfi) nos aliqua decerpentes veterumque libris comparantes, tibi legenda transscripsimus. Ideo adprime admoneo, ut videatur caput de monte Sion, ubi monachorum cellulae frequentes aliaque a Beda, non autem ab Arculfo memorantur. Frustra etiam in hujus descriptione quaeris illum veteranum monachum, nomine Petrum, ducem episcopi Galli Hierosolymis. Verisimile est, ob amoenitatem generis scribendi cum brevitate junctam librum Bedae prius excusum atque saeculis elapsis a scriptoribus saepius citatum esse.

Versio mihi innotuit sola Anglica interprete J. A. Giles in supra citatis Works of Bede, vol. 4. p. 401—443, itaque ad latus textus latini accedit: The book of the Holy Places, abridged by Bede from the works of the ancients; sine ichnographiis. Quousque visi, liber fideliter translatus est.

DCCXXIII.—DCCXXVI. Sancti Willibaldi hodœporicon.

A. Vita seu hodœporicon sancti Willibaldi scriptum a sanctimoniali.

1. manuscripta.

a. C. membran., olim Frisingensis, nunc Monacensis, 6890, min. 4°., s. VIII. exeuntis aut ineuntis IX., f. 71—102: De transitu Willibaldi ad Romam. Prologus. Hoc vetus ms. prae ceteris utilitati est; multa tamen sunt mendose scripta. Praecedit vita s. Bonifacii.

b. C. membran. in eadem bibliotheca Monacensi regia aulica, 14396, f°., s. XII., f. 5—24: Incipit Prohemium de vita et itinere sancti Willibaldi. Hic codex, in multis melior Frisingensi, parum discedit ab editis perparvumque praebet ad corrigendum.

c. C. (membran.) prius Richenaviensis (Aviae Divitis), nunc in bibliotheca aulica magni ducatus Badensis in Carlsruhe, f°., LXXXIV, s. XIII.—XIV., f. 59—71[v]. Praecurrit vita beati Uuinnibaldi. Hoc ms., ut in litteris a bibliothecariis W. Brambach et Alfrido Holder benevole mihi datis lego, ab editione Mabillonis et d'Acheryi parum differt. Ipsum non contuli, spero, sine damno.

d. C. membran. in bibliotheca episcopali Eihstatensi: Incipit Prohemium de vita et itinere sancti Willibaldi Episcopi Eystettensis, descriptus 1456, 4°. Minus est praestans quam cod. b.

e. C. chartaceus in bibliotheca nationali Parisiensi, Suppl. Lat., 165[11], s. XV. F. 1: Incipit prologus in vitam confessoris; f. 10: gloriatur. glorietur in Domino. Amen. Vide Pertz, Archiv 11,282.

2. edita.

a. 1603. Vita, seu potius, Hodœporicon Sancti Willibaldi primi episcopi Aichstadiani, scriptum a consanguinea Sancti Willibaldi, sanctimoniali Heidenheimensi. Nunc primum edita ex ms. Monasterii Rebdorffensis, prope Aichstadium. In Henrici Canisii Antiquae Lectionis t. 4. p. 475—513. Ingolstadii 1603. 4°. Itinerarium editor divisit in 10 capita, quibus inscriptiones desunt.

1617. Jacobus Gretserus Ingolstadii non quidem Willibaldum edidit, sed quoniam cod. non optimus in manibus Canisii fuit, consultum duxit e manuscripto huic incognito bibliothecae episcopalis varias lectiones in lucem proferre, quas adjecit opusculo suo: Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. episcopi, De ejusdem ecclesiae divis tutelaribus, post vitam Willibaldi, p. 570—574.

b. 1618. Vita S. Willibaldi I. episcopi Eistettensis, ex t. 4. Antiq. Lect. H. Canisii in opere Surii: De probatis Sanctorum vitis. Colon. Agripp. 1618. F°. Jul. 7. Prolegomena col. 119 sqq., vita 121 sqq.

c. 1672. De sancto Willibaldo . . scripta a quadam sanctimoniali Heidenheimensi, ipsius aequali et consanguinea. E t. 4. H. Canisii et variis Gretseri lectionibus, in Joh. Mabillonis Actis sanctor. ord. s. Benedicti. Saec. III. p. 2. Lutetiae Paris. 1672. F°. Textus p. 367 sqq., observatione spraeviae 365—367. Pater benedictinus textum divisit in 33 capita, et commentarius ejus plurimi faciendus est.

d. 1721. De sancto Willibaldo episcopo Eistadii in Germania, in Bollandi Actis sanctor.. Antverpiae 1721. F°. 7. jul., p. 483—500 commentarius praevius, 500—511 Vita seu Hodœporicon, auctore virgine consanguinea sanctimoniali Heidenheimensi, ex ed. Canisii correcta cum variis lectionibus Gretseri. Auctor commentarii et editor hujus biographiae est B. Soller, cujus annotata p. 501[a] sequuntur. Textum divisit in 4 capita et 45 paragraphos. Solleri editio ad suum usque tempus principatum obtinet.

e. 1725. Vita, seu potius, Hodœporicon s. Willibaldi .. Scriptum a consanguinea Willibaldi, sanctimoniali Heidenheimensi. A Canisio primum edita ex ms. Monasterii Rebdorffensis, in Jacobi Basnage Thesauro Monumentorum ecclesiasticorum et historicorum, sive H. Canisii Lect. Antiq. Antverp. 1725. F°. T. 2. p. 103: Jac. Basnagii de Willibaldo et Wunibaldo observatio, p. 106—122 Vita. Paucae adsunt annotationes editoris praecipue Canisium et Mabillonem sequentis. Res notatu digna est, se Sollerum non tetigisse. Haec editio sine detrimento oblivioni dari potest.

f. 1733. Hodœporicon Willibaldinum, quo iter ex Anglia, per Galliam, Italiam, Neapolis Siciliaeque regna, Cypri insulam, Syriam, Palaestinam, Hierosolymam usque; inde retrogradientis per Hellespontum, Constantinopolim, Siciliam, Italiam in monte Cassino secessus;

ac denique ejusdem per Bajoariam in Germania adventus, simulque episcopatus Eichstettensis prima traduntur initia. Ms. seculi VIII. canoniae Rebdorffensis proprium; et ab H. Canisio prima vice typis vulgatum. Nunc vero lectionibus variantibus enucleatius exhibitum, et annotationibus quibusdam illustratum. Cui quoque accedit Vitae Willibaldinae scriptor anonymus, similiter in locis quibusdam mendosis et obscuris emendatior et clarior redditus a Joanne Henrico de Falckenstein, in suo Codice diplomatico antiquitat. Nordgaviensium. Francof. et Lips. 1733. F⁰. Sanctimonialis textus p. 447 — 461. Non ubique sine mendo itinerarium impressum est. Judicium de editione Basnagii valet et de hac.

g. 1734. Vita sancti Willibaldi . . scripta a quadam Sanctimoniali Heidenheim . . ex t. 4. Henr. Canisii et variis Gretseri lectionibus., in editione Venetiis 1734 excusa Actor. ord. s. Benedicti. Fol. Sæc. III. pars 2. Observationes praeviae p. 330 sq., vita 332—346. Cum notis ad calcem paginarum.

h. 1857. Hodœporicon S. Willibaldi oder Die Pilgerfahrt des h. Willibald nach Rom und Jerusalem. Neue Ausgabe. Eichstätt 1857. 4⁰. Edidit canonicus, serius vicarius generalis Suttner. Textus I — XII, commentarius 1 — 15; accedunt etiam annotationes ad calcem paginarum. Studio Suttneri in textu vix aliquid lucramur, dum commentarius, hincinde singula pertractans, aestimabilis est.

i. 1873. S. Willibaldus. a. Vita seu potius hodœporicon sancti Willibaldi scriptum a sanctimoniali, in libro Titi Tobler: Descriptiones Terrae Sanctae ex saeculo VIII. IX. XII. et XV. Lipsiae 1874. 8⁰. Vita p. 1—55, animadversiones p. 282 — 313, notae p. 314 — 347. Tria manuscripta recensui neque non editiones perstrinxi.

Hoc itinerarium magnum Syriae et Palaestinae tractum amplectitur. Certo valde pretiosum est; tamen patet, scientias plura poscere. Etiam genus scribendi magis politum desideraremus.

3. Versiones.

a. Anglica 1848 in Thomae Wright: Early Travels of Palestine. London 1848. 8. Prolegomenon succinctum p. XIII — XVI, translatio cum notis gravioribus ad calcem paginarum p. 13—22. Versio, si pauca excipias, est accurata.

b. Gallica 1855 in Eduardi Charton: Voyageurs ancients et modernes. Paris 1855. 8⁰. T. 2. p. 73 — 93. Cum multis annotationibus laude dignis, quamvis non ubique assentiendum sit. Ne ceterum silentio praeteream, nonnulla ipsum non vertisse et relationem sanctimonialis anonymique confudisse; itaque neutrum auctorem habebis genuinum. Nihilo minus interpretem laudamus, tempore nostro animum ad Anonymum magis advertisse.

c. Germanica 1856 in Henrici Hahn tractatu: Die Reise des h. Willibald nach Palästina. Berlin 1856. 4⁰. P. 17 — 25, cum animadversionibus praeviis et notis ad calcem paginarum. Annotationes

criticae omnino lucem afferunt. Versio raro, ut ita dicam, claudicat. Exordium finisque desunt.

d. altera Anglica 1873 in Thomae Meyrick libro: A Life of St. Walburge, with the Itinerary of St. Willibald. London 1873. min. 8⁰. p. 39—76 Appendix: The Journey of St. Willibald to the Holy Land. Written at Heidenheim, circa ann. 760. Haec versio completior est illa Wrightii, cujus tamen notae praestantiores sunt. Non claret, Meyrick praecursorem suum novisse.

Ceteroquin jam de Falckenstein partem, sicut postea Suttnerus medullam sive summam rerum Germanice vertit.

B. Vita sive potius itinerarium sancti Willibaldi auctore Anonymo.

Edita.

a. 1603. Vita sive potius Itinerarium sancti Willibaldi episcopi Aichstadiani, ex membranis mss. monasterii Oxenhusiani primum editum in H. Canisii Antiquae Lect. t. 4. p. 705—718. Cum annotatione praevia p. 704 atque alia ad finem p. 718, cumque paucis notis ad marginem. Sine capitibus.

b. 1672. Alia Vita (post illam a sanctimoniali scriptam) auctore anonymo perantiquo. Ex t. 4. Antiquae Lect. Canisii in Mabillonis Actis sanctor. ord. s. Benedicti, saec. III. P. 2. p. 383—390. Textum in 19 capita divisum comitantur annotationes ad marginem calcemque, cum appendice p. 390—392.

c. 1721. Vita altera. Auctore anonymo perantiquo ex cod. Canisii in Bollandi Actis sanctor., 7. julii, p. 512—517. Textus est divisus in 3 capita cum inscriptionibus luculentis.

d. 1733. Hodœporicon Willibaldinum et vitae Willibaldinae scriptor anonymus. Vide supra Willibaldum, edita f. Falckenstein quoque 3 capita, sed cum aliis inscriptionibus habet.

e. 1734. Alia Vita. Auctore Anonymo perantiquo .. Ex t. 4. antiquar. Lectionum Canisii. Est editio Veneta (vide supra Arculfum edita g), p. 347—353. Cum notis ad calcem paginarum et cum Appendice p. 354 sq.

f. 1873. Vita sive potius itinerarium sancti Willibaldi auctore Anonymo, in Descript. Terrae S. a me editis; vide supra Willibaldum A, edita i. Vita p. 56—76, commentarius p. 348—352, notae p. 353 sq. Ut lector ea, quae sanctimonialis scripsit, a textu Anonymi facilius discernat, in hoc nova vel aliquantum diversa litteris, ut dicunt, cursivis imprimenda curavi.

Auctor sane perantiquus et manifesto aequalis monachae sive Willibaldi fuit. Genus scribendi quidem multo melius, at in ceteris descriptio Anonymi est inferior. Re vera nova relationi ejus pauca insunt, attamen, comparandi causa inprimis, prodest.

C. DCCCVIII. Commemoratorium de casis Dei vel monasteriis.

1. manuscriptum.

Membranam asservat bibliotheca publica urbis Basileensis in vol. 2. collectionis: Bruchstücke von Nachbildungen von Handschriften und Handschriftmalereien, folium 12. et 13. permagnum, in una pagina (non utraque folii) perscriptum.

2. edita.

a. 1865. Un documento inedito sui luoghi santi di Gerusalemme e della Palestina, in diario ab equite Johanne de Rossi edito: Bulletino di Archeologia cristiana. Roma 1865. 4°. Textus p. 84 sq., annotationes p. 85—88. Minime habeo in animo meritum magnum editori detrahere. Nihilo minus silentio non praetereo, ipsum in media membrana, ubi dirupta est, lineas praeter exspectationem non rite coaptavisse et ita non 60, sed 65 exhibuisse.

b. 1873. Commemoratorium de casis Dei vel monasteriis, a me editum in Descript. T. S. (1874). Textus originalis p. 364—368, idem, at recensitus, lacunis pluribus expletis, p. 77—84, commentarius subjunctus p. 355—363, notae p. 368—392. Dr. Sieber, director illius bibliothecae, denuo accurateque membranam descripsit, sic, ut textus integior prodeat.

Quoad ecclesias et monasteria in Terra Sancta, haec relatio ob multas notitias novas historiographo grata est. Novissime inscriptio mihi missa, a Conrado Schick in monte Olivarum detecta et a professore Petermann Berolini armenia cognita, affirmat valorem commemoratorii, in quo duorum Armeniorum inclusorum montem Oliveti habitantium mentio fit.

C. DCCCLXV. Itinerarium Bernardi, monachi Franci.

1. manuscripta.

a. Cod. bibliothecae Remigianae apud Remos. Ubinam nunc sit, nescio.

b. C. membran. in museo Britannico, bibliotheca Cottoniana, Faustina. B. I., 4°., forsan s. XIII. P. 192: Incipit itinerarium trium monachorum, Bernardi . .

c. Cod. in bibliotheca collegii Lincolniensis, s. XIII. Vide Franciscum Michel de Bernardo.

d. Descriptio locorum, quae vidit Bernardus sapiens, quando ivit in Jerusalem. Anno incarn. C. . haec nobis composita sunt. Hunc codicem citat Thomas Smith in suo Catalogo Librorum mss. bibliothecae Cottonianae (Oxoniae 1696), Vitellius E. H., p 111. Vide Michel.

2. edita.

a. 1672. Bernardi monachi Franci (aliud) itinerarium, factum in loca sancta anno 870 . . cum eo (Luca d'Achery) edidit Mabillon in Actis sanctor. ord. s. Benedicti, saec. III. p. 2. Lut. Par. 1672.

F⁰. Col. 502, 523—526. Cum paucis notis marginalibus. Mabillon cod. a edidit. Vide Arculfum, edita b.

b. 1734. Bernardi Monachi Franci (aliud) Itinerarium Factum in loca sancta, anno 870, in Mabillonis Actis sanctor., ed. Veneta, saec. III. P. 2. p. 473—475. Item cum paucis notis ad marginem impressis.

c. 1839. Itinerarium Bernardi Sapientis, in Recueil de la Société Géographique, t. 4. p. 784—794. (Supra vide Bedam, edita f.): Edente Francisco Michel, qui de Bernardo notitiam scripsit. Haec editio non est critica, quia neque prioris rationem habuit, neque textum sensu strictiore recensuit.

d. 1852. Bernardus monachus Francus. Bernardi Itinerarium factum in loca sancta anno 870. (ex Mabill. Act. SS. o. S. B. t. 4., ex ms. cod. Remig. apud Rhemos) in Mignei Patrologiae cursu completo. Paris. 1852. T. 121. col. 569—574. Nihil aliud est nisi repetitio editionis Benedictinae, at cum paucissimis erratis typographicis.

e. 1873. Itinerarium Bernardi, monachi franci, in mea collectione Descript. T. S., textus p. 85—99, commentarius p. 393—402, notae p. 403—408. Haec editio, quamquam nullum manuscriptum mihi praesto fuerit, quia in museo Britannico Londini tantummodo aliquas lineas initii legi, est, quod sciam, prima critica, utraque praecedente diligentur collata. Quodsi agnosco, editionem Mabillonis plura praeferenda habere, libenti animo concedo, ipsam Francisci Michel praecipue eo esse aestimandam, quod permittit in cap. 21. (ed. m.) a verbis „aliis diebus, non possunt" textum supplere et capp. 22., 23. et 24. augere.

3. Versionem

laude non indignam debemus Thomae Wright, Francisci Michel editionem usurpanti, in Early Travels in Palestine: prolegomenon p. X sq., et p. 23—31: The voyage of Bernard the Wise, cum aliquot notis ad calcem paginarum.

Brevem relationem de itinerario Bernardi habes in Histoire litéraire de France. 1740. 4⁰. T. 5. p. 375 sq. Vide quoque J. Beckmanni Litteratur l. c. 517—528.

15 paginarum in editione mea tantum 5 respiciunt ad Palaestinam; attamen nonnulla relatu digna posteris tradita sunt, et nihil obstat, quo minus confidamus peregrino, qui non dictavit, sicut Arculfus et Willibaldus, sed, ni fallor, ipse scripsit. Willielmus Malmesburiensis in libris suis (V): De gestis regum anglorum (Francofurti 1601, p. 140), non solum citat Josephum, Eucherium et Bedam, sed etiam „Bernardum Monachum", qui, ut asserit, anno 870 Hierosolymam profectus sit et ignem sacrum memoraverit. Idem argumentum auctoritatis habet Albericus, monachus trium Fontium; ab hoc enim discimus, „quemdam Bernardum, monachum", anno 970

Hierosolymam venisse et de igne sacro narravisse. Vide Cronica in Accessionibus historicis a. G. G. L. (Leibnitz) editis, t. 2. P. 2. p. 18.

* * *

Restat, ut dicam de aliquibus peregrinis aut scriptoribus, qui Terram Sanctum petierunt, et a quibus pauca sive parciora tradita sunt. Hos itaque in una serie subjungo.

C. 373. Ammonii Monachi Relatio de sanctis patribus barbarorum incursione in monte Sina et Raithu peremtis, in: Illustrivm Christi Martyrvm lecti trivmphi. Graece et latine ed. Franciscus Combefis. Parisiis 1660. 8⁰. P. 88 sqq. Auctor utique Hierosolymis fuit; sed de locis sanctis in hac regione parum loquitur, quamvis pluens fuerit cupiditate ea lustrandi piaque sedulitate sanctam sepulturam vivificamque . . adorandi resurrectionem.

637. Sophronius, patriarcha Hierosolymitanus, scripsit poema de locis sacrae scripturae, sancta civitate ab Arabibus duce Omer Iben el- Chatab capta, in Anacreonticis, quae in Angeli Maii Spicilegio Romano, t. 4., graece p. 53 sqq., latine p. 623 sqq., continentur. Cfr. Delpit l. c. 255. Non transeundum est.

C. 650. Wilphlagius presbyter. In Bollandi Actis sanctor., 7. jun., p. 31, legitur pauculum: Non sine molestiis ingentibus et periculis sacram illam terram attigit; praesertim Golgatico in monte tenerrimos expressit affectus.

C. 762—765. Fidelis frater. Dicuil, Hibernus sive Scotus, scribit: Affirmans Fidelis frater meo magistro Suibueo narravit coram me, quod, adorationis causa in urbe Hierusalem, clerici et laici ab Hibernia usque ad Nilum velificaverunt. Dicvili Liber de mensura orbis terrae. Ed. A. Letronne. Paris. 1814. 8⁰. P. 24.

868. Frotmundus poenitens. In Mabillonis Actis sanctor. ord. s. Benedicti, saec. IV. P. 2. p. 220, de Frotmundo sociisque ejus haec leguntur: Deinde accipientes epistolam a s. Benedicto papa transeunt thyrrenum mare perveneruntque ad civitatem sanctam Jerusalem. Sed et ibi per multa tempora demorati sunt, orantes quotidie cum luctu et gemitu ad sanctum Domini sepulchrum. Postea perrexerunt viri in Aegyptum . . Iterum autem cum consilio et benedictione s. Benedicti papae repedaverunt ultra mare iterum visitare sanctum sepulchrum Domini, et ubique Dominus pedibus humanis ambulavit, peragraverunt. Nam et in Cana Galilaeae fuerunt, ubi Dominus noster Jesus Christus ex aqua vinum fecit; sed et de ipso vino (ut ipse Frotmundus nobis postea retulit) biberunt. Ad Rubrum quoque mare . . Illinc devertentes venerunt ad montem Sinai, ubi lex . . Quarto anno iterum Romam reversi sunt.

C. 950. Eben Ishak el-Farsi el Isztachri.

Edita.

a. Liber climatum auctore Scheicho Abu Ishako el-farsi vulgo El-Isztachri. Gotha 1839. 4°. Ed. Möller.

b. Das Buch der Länder von Schech Ebn Ishak el Isztachri. Aus dem Arabischen übersetzt von A. D. Mordtmann. Hamburg 1845. 4°. P. 33—36 descriptio Syriam et Palaestinam complectens. Aliqua sunt usui apta.

9b8. Abu Abdallah Mohammed el-Baschschâri.

Brevis descriptio Terrae Sanctae est excerpta ex lexico geographico Jâcûti, qui istum auctorem nominat, in linguam germanicam versa a. F. Wüstenfeld, contenta in ephemeridibus: Zeitschrift der Deutschen morgenländ. Gesellschaft. Leipz. 1864. 8°. T. 18. p. 462 sq. Auctor sine dubio veridicus est et minoribus peregrinatoribus praecedentibus praestat.

Dresdae impressit Jo. Paesslerus.


WIDENER
BOOK DUE
CANCELLED
SEP 1 0 1991



